Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

in regula ipsa traditum est ne-
quaquam in manu abbatis
relinquatur. Reliqua vero pars
que est in corporalibus observan-
ciis non est ita in eius voluntate
posita ut eius voluntas serviat
sed potius caritati et de his solis
et non de pure spiritualibus intelli-
gendum est cum dicitur omnia in dis-
posicione Abbatis fiant. Mirum
ad obediendum sit precipienti
communium observanciarum carnali-
bus. Verbigracia iste monachus
laborat ponatur quod abbas
cum cum quadam discrecione
prout sibi videtur precipit ei
ut comedat carnes. numquid
abbas hoc potest precipere et
ille tenetur obedire videtur
quod sic. Racio omnia sunt in dis-
posicione abbatis ut habe-
tur in regula. et hoc maxi-
me dicitur de carnalibus sive cor-
poralibus observanciis. Re-
spondetur secundum Alex. quod
et si hec observancia sit car-
nalibus carnalis prohibetur
tamen omnibus expresse carni-
um esus exceptis debilibus
et infirmis. Unde ita dicitur
carnium esus omnino debilibusque
pro reparacione concedatur ubi
nisi meliorati fuerint a car-
nibus more solito omnes absti-
neant. Nota ergo quod quan-
tumcumque abbas subditis pre-
sit. Regula tamen preest abba-
ti. Dicendum quod in hiis de
quibus regula expresse pre-
cipit vel prohibet non potest

mutare nec ipsi mutanti est obe-
diendum nisi quibus regula per-
mittit. Unde cum dicitur ibi omnia
in disposicione abbatis fiant
intelliguntur de illis de quibus
regula non expresse precipit
vel prohibet. Si ergo queratur
utrum abbas isti qui multum la-
borat precipere possit ut carnes
comedat. Dicendum quod servata
lege caritatis et institucione
regule et cogitata unitate
persone hec sibi precipere potest
aliter non quia ut dicit Bern.
que enim dum militant caritati i-
mobiliter fixa sunt ipsa re-
gule precepta ita scilicet quod
mutare omnino nec ab ipsis
prepositis sine offensa possunt.
Pone quod aliquis non intrat
claustrum videt monachos
comedere carnes cogitat quod
illud bene poterit sustinere
profitetur secundum ordinem que
invenit vel forte si crederet
illicitum esse sibi non comedere
carnes numquam profitetur.
Numquam ergo iste peccabit
comedendo carnes. Respondet se-
cundum Alex. Racio quilibet profi-
tetur regulam profitetur et non
consuetudinem. Unde qualemcumque
consuetudinem invenit mona-
chus postquam professus est
tenetur a carnibus abstinere ut
patet ex verbis regule supra
dictis. Non enim qui prohi-
bent esum quadrupedum conces-
sit esum volatilium ymo cum ista
sunt delicaciora prohibendum

362